

Und so viel sey zum Anfang und vor Dishwahl von dieser wohl-ge-  
meinten Informations - excolirung dem Publico zu belieblicher Nach-  
richt communicirt, nebenst freundlicher Einladung/ diß unschuldige und  
hoch importirliche Werck / so ißo gleichsam noch auf seinen niedrigen  
Fundamentis ruhet/ durch Beytragung guten Nachts und Hülffleistung  
zu besserer Vollkommenheit erheben zu helfen.

## APPENDIX.

**Q**uemadmodum Etymologia tota cum gradibus comparationis,  
& temporum formationibus, ipsaq; syntaxis, theoreticè per Clas-  
sis pendulæ dulcedinem memoriæ suaviter & facilè insinuari potest,  
ut firmissime omnia hæreant; ita praxis Syntaxeos atqve sermocina-  
tio simili compendio peragitur beneficio computationis: cuius en!  
leve specimen. Perfectum tractatum, qui Latinitatis utilioris o-  
mnimodam varietatem exhibeat, ab artis hujus peritissimo, si placet,  
expectabis.

### Praxis Arithmetica

#### Syntaxeos Latinæ.

##### I. Per Additionem.

Additis (adjectis, adpositis, junctis, aggregatis, unitis) 7. floribus  
purpureis, uni flori purpureo, resultat (colligitur, prodit, habetur,  
numeratur, fit) summa 8. florum purpureorum: superadditis sex  
floribus purpureis, congregantur 14. flores purpurei. Subscribo 4.  
flores purpureos, decem in mente reservo sequenti seriei: &c.

$$\begin{array}{r} 86 \\ 21 \\ 47 \\ \hline 154 \end{array}$$

##### II. Per Subtractionem.

Si subtraho, (detraho, aufero, demo) duos amicos fideles à qua-  
tuor amicis fidelibus, supersunt (restant, relinqvuntur, remanent)  
2. amici fideles: Sed si vellem auferre 9. amicos fideles à duobus a-  
micis fidelibus, non possem: (non liceret, impossibile foret, fieri  
haud posset) ergo mutuo peterem (sumerem, acciperem,) à vicino  
meo (qui correus est vel debendi vel eredendi) decem amicos fi-  
deles: quibus impetratis detraho novem amicos fideles à duode-  
cim amicis fidelibus, restant tres amici fideles. Tandem quia mu-  
tuo accepta decem vicinum correum credendi unitate augent, (vel  
correum debendi unitate mulctant) igitur vel duos amicos fideles à  
quatuor amicis fidelibus (vel, quod eodem redit, unum amicum fi-  
delem

$$\begin{array}{r} 426 \\ 194 \\ \hline 232 \end{array}$$